

108 CASP. BARTHOL. I. I.  
Et eam præcipuè ob causam *Pollucitales* laudantur Tibiæ; πολύφθογος, ω-  
λός, πολύκρηπος, πολυκρηπής, πολύφωνος,  
πολυμελής, πολυμελής, *multisonans Tibia*,  
*jactabunda*, *flexilis*, scilicet in cantu ad  
sonum variandum, *variè sonans*, *ca-*  
*nora*, *varios concentus habens*.

Pulchrè apud *Ciceronem* lib. 3. de  
Oratore, omnis motus animi suum  
quendam à natura habet vultum & so-  
num & gestum: totumque corpus ho-  
minis, & omnes ejus vultus, omnesque  
voces, ut nervi in fidibus ita sonant ut  
à motu animæ sunt pulsæ. Nam *voces*,  
inquit *Tullius*, *ut chordæ sunt intentæ*,  
*quæ ad quemque tactum respondeant*,  
*acuta*, *gravis*, *cita*, *tarda*, *magna*,  
*parva*; *quas tamen inter omnes est suo*  
*quæque in genere mediocris*. Atque etiam  
*illa sunt ab his delapsa plura genera*,  
*lene*, *asperum*; *contractum*, *diffusum*;  
*continenti spiritu*, *intermisso*; *fractum*,  
*scissum flexo sono*; *attenuatum*, *infla-*  
*tum*. Nullum enim est horum similium  
generum quod non arte & moderatione  
tra-